| | |
|---|---|
| deprecámur; ut, quorum gloriámur triúmphis, protegámur auxíliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. | Thee, O Lord, that we be protected by the assistance of those In whose triumphs we glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |



# TRADITIONAL LATIN MASS

**MASS PROPER: FOUR HOLY CROWNED MARTYRS**

MASS *(Intret )* (red)

| | |
|---|---|
| **INTROIT Psalms 78: 11, 12; 78:10**<br>Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. (Ps. 78: 1) Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam: polluérunt templum sanctum tuum: posuérunt Ierúsalem in pomórum custódiam. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. | Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed. (Ps. 78: 1) O God, the heathens are come into Thine inheritance; they have defiled Thy holy temple: they have made Jerusalem as a place to keep fruit. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed. |
| **COLLECT**<br>Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we, who have known the fortitude of the glorious martyrs in bearing witness to Thee, may experience the fruit of their intercession with Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Hebrews 11: 33-39**<br>Fratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adepti sunt repromissiónes, obturavérunt ora leónum, exstinxérunt ímpetum ignis, effugérunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum: accepérunt mulíeres de resurrectióne mórtuos suos: álii autem disténti sunt, non suscipiéntes redemptiónem, ut meliórem invenírent resurrectiónem: álii vero ludíbria et vérbera expérti, | Brethren, the saints through faith subdued kingdoms, wrought justice, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, recovered strength from weakness, became valiant in battle, put to flight the armies of foreigners: women received their dead raised to life again: but others were racked, not accepting deliverance, that they might find a better resurrection; and others |

ínsuper et víncula et cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt: circuiérunt in melótis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflícti: quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errántes, in móntibus et spelúncis et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fídei probáti, invénti sunt in Christo Jesu, Dómino nostro.

had trial of mockeries, and stripes, moreover also of bands and prisons: they were stoned, they were cut asunder, they were tempted, they were put to death by the sword, they wandered about in sheepskins, in goat-skins, being in want, distressed, afflicted, of whom the world was not worthy; wandering in deserts, in mountains and in dens, and in caves of the earth. And all these were found approved by the testimony of faith, in Christ Jesus our Lord.

**GRADUAL Exodus 15: 11, 6**
Glorióus Deus in Sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia. Déxtera tua, Dómine, glorificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimícos.

Glorious is God in His Saints, marvelous in majesty, doing wonders. Thy right hand, O Lord, is magnified in strength: Thy right hand hath slain the enemy.

**LESSER ALLELUIA**
**Ecclesiasticus 44: 14**
Allelúja, allelúja. Córpora Sanctórum in pace sepúlta sunt, et nómen eórum vivet in generatiónem et generatiónem. Allelúja.

Alleluia, alleluia. The bodies of the Saints are buried in peace, and their name liveth unto generation and generation. Alleluia.

**GOSPEL Matthew 5: 1-12**
In illo témpore: Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus, et apériens os suum, docébat eos, dicens: Beáti páuperes spíritu: quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti mites: quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti, qui lugent: quóniam ipsi consolabúntur. Beáti, qui esúriunt et sítiunt justítiam: quóniam ipsi saturabúntur. Beáti misericórdes: quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde: quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífici: quóniam fílii Dei vocabúntur. Beáti, qui persecutiónem patiúntur propter justítiam: quóniam ipsórum est regnum coelórum. Beáti estis, cum maledíxerint vobis, et persecúti vos

At that time: Jesus seeing the multitudes, went up into a mountain: and when He was sat down, His disciples came unto Him. And opening His mouth, He taught them, saying: Blessed are the poor in spirit for theirs is the kingdom of heaven. Blessed are the meek, for they shall possess the land. Blessed are they that mourn; for they shall be comforted. Blessed are they that hunger and thirst after justice; for they shall have their fill. Blessed are the merciful; for they shall obtain mercy. Blessed are the clean of heart; for they shall see God. Blessed are the peace-makers; for they shall be called the children of God. Blessed are they that suffer persecution for justice' sake; for theirs

fúerint, et dixérint omne malum advérsum vos, mentiéntes, propter me: gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiósa est in coelis.

is the kingdom of Heaven. Blessed are ye when they shall revile you, and persecute you, and speak all that is evil against you, untruly, for My sake: be glad and rejoice, for your reward is very great in Heaven.

**OFFERTORY Psalms 67: 36**
Mirábilis Deus in Sanctis suis: Deus Israël, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ: benedíctus Deus, allelúja.

God is wonderful in His Saints: the God of Israel is He who will give power and strength to His people: blessed be God, alleluia.

**SECRET**
Benedíctio tua. Dómine, larga descéndat: quæ et múnera nostra, deprecántibus sanctis Martýribus tuis, tibi reddat accépta, et nobis sacraméntum redemptiónis effíciat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May Thy plenteous blessing descend upon us, O Lord, both to render our gifts acceptable to Thee, by the intercession of Thy holy martyrs, and to effect the sacrament of our redemption. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**COMMON PREFACE**
Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérnæ Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

**COMMUNION Wisdom 3: 4-6**
Et si coram homínibus torménta passi sunt, Deus tentávit eos: tamquam aurum in fornáce probávit eos, et quasi holocáusta accépit eos.

And though in the sight of men they suffered torments, God hath tried them: as gold in the furnace He hath proved them, and as a victim of a holocaust He hath received them.

**POSTCOMMUNION**
Cæléstibus refécti sacraméntis et gáudiis: súpplices te, Dómine,

Refreshed with heavenly sacraments and joys, we, Thy suppliants, beseech